Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 124
[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 301.

„est habenda cautela Nos in jure periti qui„dam de hijsdem multum necessaria sub com„pendio decrevimus compilare. Et quia bap„tismus est omnium Sacramentorum janua et primum merito de primo primitus est tractandum. Praecipimus itaque" etc. Un„de patet hanc Summam non unius sed plurium esse compilatorum. In fine:" "Explicit Suma Sacramentorum satis bona."

Cod: CXXIV.

Carthac: Fol: Saec: 14. 15.

A 6.6.

1.

Sermo de S: Elisabetha. 1a-1b

Sermo de S: Elisabetha. Incipit: "Vidu„am ejus benedicens etc. In verbis istis comendatur Scta Elizabeth".

2.

Statuta Confraternitatis Cleri Saecularis. 2a-88b

Statuta Confraternitatis a Clero Saecu„lari in Archidiaconatu Lambacensi ini„tae ao 1371. Titulus est:" Statuta fra„ternitatis; initium:" Nos Clerici aliqui Archydyaconatus Lambacensis conside„rantes". Sunt numero quatuordecim, quibus regulae in suscipiendis fratri„bus observandae, conventus annui in ci„vitate Gmundensi, fratrum obligationes

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 124

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 302.

tum sacrae, tum pecuniaria, et alia praescri-bantur. Princeps hujus societatis scopus vi-dentur fuisse mutua precum suffragia, et missarum sacrificia tam pro vivis, quam pro defunctis consodalibus. Adnexa est prolixior societatis approbatio forte ab Archidiacono, vel Decano, vel alio superiore data, quae incipit: " Meminerint universi Christi fide-les presentem paginam intuentes quod com-mendabiles in Xto fratres ac Domini honoran-di plebani vicarii capellani quorum vota Dei perspiciens est ex alto anno verbi incarnati M ccc LXXI in die Primi et Feliciani Martyrum Beatorum — Confraternitatem mu-tuo indixere secundum tenorem ac decretum inferius annotatum" &c: In calce caret omni subscripto, et finitur: " Neque ulli de ante scriptis observacionibus licet minuere seu augere ni fiat fratrum cunctorum de consilio generali et hic dicta sufficiunt." Demum additur sermo, qui dicitur de fra-ternitate, et incipit: " Psalmo 21° dicitur Narrabo nomen tuum fratribus meis."

3

Sermones de festis Sanctorum per annum.

Sermones de fest: SS: B: V: M: Domini etc. 89a - 161b

Primus est de S. Stephano, et incipit: " Ecce video etc. Verba sunt b. Stephani in medio Judaeorum positi." Plerumque de quolibet festo plures habentur sermones, quibus subjun-guntur multi alii, absque ullo ordine, et ma-teriarum connexione; nempe sermo in Electi-one praelati, in Dedicatione, Sermo Jacobi de Voragine de B: Virgine, qui incipit: " In habi-tatione sancta etc. ubi in fine additum est: " Explicit scriptum, et correctum in Gmunden

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 124
[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 303.

" Anno Domini 1394. In Nativitate beate ma-
" rie post ave Maria". Sermones de dedica-
tione ecclesiæ, de novo Sacerdote, de pluri-
bus sacerdotibus; iterum Sermones de variis
Sanctis, de B: V: etc: ultimus de ludis Tes-
serum /: tesserarum :/. Ex quibus jam patet,
hos Sermones a quodam verbi divini præco-
ne, vel a se ipso ad usum privatum con-
fectos, vel ex plurium oratorum Scriptis
esse congestos, id quod ex elencho Sermonum
primis codicis paginis inscripto clarius elu-
cet.

4

Sermones duo ad Clerum. 162a–174b.

Sermones duo ad Clerum habiti. Primus
incipit: "Ego sum pastor bonus Joan: 20. ha-
bita forma boni pastoris," et vocatur in
elencho: de Pastoribus Socius. Alter ad
Praelatos multo prolixior: "Sobrii estote et
" vigilate pr: Petri 2do. Reverendi patres
" et domini quantumlibet populosa." Ad-
didit Scriptor tertium de S. Catharina,
et quartum de S. Jacobo Apostolo.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 124

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27463

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)